



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Caput 8. Circa casus, in quibus confugienti ad Ecclesiam debita sit
immunitas in causis ciuilibus, & criminalibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

CAPVT VIII.

Circa casus, in quibus confugiendi ad Ecclesiam debita sit Immunitas in causis civilibus, & criminalibus.

DV B I V M XXIV.

An debitor ad Ecclesiam confugiens, possitur immunitate?

102
Non potest.

Non potest. Quia immunitas Ecclesiae à iure Ecclesiastico, non à civili promanat. At ius Ecclesiasticum solum in delinquentibus immunitatem concedit, non debitoribus. *cap. Inter alia, & cap. constituta*, ibi *Non liceat reos ab Ecclesiis extrahere*. Rei autem propriè sunt delinquentes non debitores. Sic Orland. *conf. 54. n. 2.* Abbas *ad cap. Inter alia, num. 22.* Boërius *decis. 215. num. 7.* Alberic. *p. 1. statutor. q. 39. & in Rubr. C. de iis, qui ad Ecclesiam confugiunt.*

103
Plane possit.

Possit plane. Quia hæc immunitas iure civili est concessa ex lege *Præsenti. Codic. de iis, qui ad Ecclesiam confugiunt.* Sed Ecclesia approbat leges, & constitutiones civiles, quæ ecclesiarum immunitati à se statuat non præiudicant, sed potius fauent, & augent. *Trid. sess. 25. c. 20.* Ergo huiusmodi leges civiles canonizatae sunt. Ergo non solum à iure civili sed Canonico hæc immunitas debitoribus est concessa. Ita Farinac. *de carceribus q. 28. num. 31.* Azor. *p. 2. l. 9. c. 9. q. 9.* Saar. *10. l. de Relig. l. 3. c. 11. num. 3.* Bonac. *prac. 2. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. num. 1.* & alij.

104
Hoc tenendum.

Cum his sentiens, iudico tenendam esse hanc communem sententiam tam in confutendo, quam in iudicando. Fateor enim expresse in iuribus solum fieri mentionem delinquentium, & non debitorum; at concessa delinquentibus immunitate, debitoribus concessa manebat: eo quod absurdum erat nocentibus fauere, innocentibus excludere. Addo, sub nomine reorum propriè nocentes intelligi: attamen etiam possunt intelligi debitores. Quia rei sunt in iudicio: & cum hoc sit privilegium favorabile, debet secundum omnem suam latitudinem significationis accipi.

DV B I V M XXV.

An debitor tributorum possit ab Ecclesia extrahi?

105
Extrahi potest.

Extrahi potest. Quia *Authent. de mandatis Principum* id expresse habetur. Et quia debitori conceditur ab ecclesia immunitas, quatenus approbat leges civiles im-

munatatem concedentes. At non est lex civilis, quæ his debitoribus immunitatem concedat: sed potius est lex, quæ illis immunitatem denegat, ut ex *Authent. patet*. Ergo non est immunitas tributorum debitori concessa. Sic Petr. Gregor. *Synag. iuris, l. 33. c. 22. num. 2.* Anchar. *ad cap. Inter alia, num. 6. & 7.* Anton. de Butrio *num. 13.* Orland. *conf. 54. n. 2.* Subdicens, attendendam esse consuetudinem.

Non potest extrahi. Quia immunitas Ecclesiastica omnibus delinquentibus, & reus concedatur, aliquibus casibus exceptis. Quia generali concessione & communi Doctorum sententia debitores quicumque, & qui rei in iudicio nominantur, veniunt intelligendi. Ita Conar. *l. 2. var. c. 20. num. 14.* Farinac. *de carceribus q. 28. num. 31.* Bonac. *ad prac. 2. decal. d. 3. q. 7. §. 4. n. 2.* Suar. *tom. 3. de Relig. l. 3. c. 11. num. 3.* Azor. *p. 2. l. 9. cap. 9. quaest. 10.*

Cum his probabilis opinio. Licet enim prima sententia validum fateor esse fundamentum: non ideo à communi sententia recedam, nec ecclesiae immunitati derogabo. Quæ quidem omnibus delinquentibus, ac reus hanc concedat immunitatem generatim, aliquibus aliis casibus exceptis. Colligo à fortiori frui immunitate obligatum ad rationem ex causa alicuius administrationis. Nauarro *sum. c. 25. m. 63.* & Deciano *l. 6. c. 28. num. 26.* annotantibus.

DV B I V M XXVI.

An debitor suspectus de fuga, & ad Ecclesiam confugiens, possit inde fugam extrahi, & iudici tradi, ut creditor securus reddatur?

Extrahi potest. Quia suspecti de fuga possunt in die festo capi, & incarcerari, imò ab incompetenti Iudice ob tale periculum, teste Conar. *l. 2. var. c. 20. num. 14.* ex Baldo, Bartholo, Socino, Iafone, & alijs ergo potest in loco sacro. Argum. *Leg. vium, ff. si certum petatur.* Et quia debitor de fuga suspectus, est suspectus de gravi peccato. Si quidem fugit debiti solutionem, & creditorem sine causa fraudat. Sed iustum est, ut Ecclesia hoc peccatum impediatur, cum facile potest. Ergo tenetur iudici debitorem tradere. Sic plures relati à Conar. *citato*, & ab Anastas. Germon. *de sac. immunit. l. 3. c. 16. num. 99.*

Non potest extrahi. Quia delictum debitoris committendum non potest immunitatem loco sacro concessam impedire. Præcipue cum alia via fuga impediri possit absque eo, quod debitor ab ecclesia extrahatur: potest enim à Iudice custodia apponi. Ita Conar. & Anast. Germon. *citati.* Bonac. *prac. 2. Decal. d. 3. q. 7. §. 4.* Suar. *l. 1. de Relig. l. 3. c. 11. n. 3.* Farinac. *append. de immunit. c. 3. n. 60.* Alex. Ambros. *de immunit. c. 13. n. 3.*

Hanc sententiam communiter à Doctoribus receptam eligo. Nam privilegium immunitatis

Secl. II de Immunit. Templor. 13

ris non excludit de fuga suspectum. Porro argumentum de tempore facti ad locum factum non est firmum: si quidem malefactor puniri in die facti potest, non autem in loco facti.

D V B I V M XXVII.

An debitoribus fallitis sit immunitas concessa?

¹¹¹ *Concessa* **D**ebitoribus his, qui dum questuariam negotiationem exercent laute victant, & tandem decocti versura faciunt, & ad Ecclesiam confugientes creditores plures miserime fallunt, non est immunitas concessa. Quia si sunt Republicae hostes, & quasi publici latrones, & eaque de causa capitali poena plebantur. Et sic statutum est a Catholicis regibus Fernando, & Elisabeth, & a supremo Caesaris praetorio confirmatum anno 1530. Sic plures, quos refert ac sequitur Conar. l. 2. var. cap. 20. num. 14. Decian. tr. crim. l. 6. §. 28. num. 34. Bodin. com. 2. ad Regias constit. Gal. l. 1. Et de mercator. a ult. gloss. ult. num. 7. & 8. Paz. pract. tom. 1. p. 5. capit. 3. question. 3. numer. 156. Farinac. de carcerib. question. 28. numer. 33. Gutier. pract. 99. civil. l. 3. quest. 1. num. 4. & 13.

¹¹² *Concessa* **C**oncessa est his immunitas. Quia nec ratione debiti, nec ratione delicti hi immunitate priuantur. Non ratione debiti: alias enim omnes debitores essent ab immunitatis privilegio exclusi. Non ratione delicti, quia hi non sunt depopulatores agrorum, ac latrones publici qui solum sunt exclusi ab immunitate: & licet publicis latronibus equiparentur, non debet in priuatione immunitatis equiparari, quia potius non sunt ad similia delicta extendenda. Ita Nauar. sum. cap. 25. num. 19. Marian Ital. de immunit. l. 1. capit. 5. Ambrosin tract. de immunit. capit. 13. numero quarto Farinac. append. de immunit. capit. 3. numer. 64. Bonac. prac. 2. Decal. d. 3. question. 7. §. 4. principio, Suar. t. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. n. 3.

¹¹³ *Probabilis reor* **E**xistimo probabilius esse, concessam esse hisce debitoribus immunitatem: & stante constitutione Gregoriana ubi illa recepta est id omnino esse certum. Quia in illa constitutione reuocantur omnia privilegia, & indulta data Principibus extrahendi ab Ecclesia delinquentes, & nominatim fraudulentos decoctores.

D V B I V M XXVIII.

An diurnus agrorum depopulator exclusus sit ab immunitatis privilegio Gregorij constitutione?

¹¹⁴ *Exclusus* **E**xcipitur ab immunitatis privilegio agrorum depopulator nocturnus. Cap. inter alia de immunit. Ecclesiast. Et ibi omnes Eleob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

Doctores. Questio autem est, an diurnus depopulator sit etiam exclusus ab Ecclesiae immunitate.

Exclusus non est. Quia verbum *Nocturni* positum in cap. inter alia tacite diurnum excludit: & cum sit materia poenalis non est extendenda. At dubitalis, an Gregoriana constitutione attenda, exclusus sit?

Exclusus quidem est. Quia ibi sine ullo limitatione dictum est, à privilegio immunitatis agrorum depopulatores esse exclusos. Ergo tam diurni, quam nocturni comprehenduntur. Sic Alexand. Ambrosin. de immunit. capit. 4. numer. 5. Farinac. append. de immunit. cap. 11. numer. 161. Bonac. prac. 2. Decal. d. 3. §. 7. §. 4. n. 6.

Non est exclusus. Quia constitutio Gregoriana ad firmandum ius commune, & reuocanda privilegia illi contraria fuit expedita. Ergo cum solum dixit, *depopulatores agrorum*, intelligenda est iuxta ius commune, quod solum nocturnum excludit. Ita Castro Palao tom. 2. de immunit. Templ. d. vni punct. 9. num. 5.

¹¹⁷ *Hanc sententiam* **E**go existimo hanc sententiam satis esse probabilem. Nam si Pontifex intendebat depopulatores tam diurnos, quam nocturnos comprehendere, id debebat exprimere; quia ius commune non debet censeri correctum, nisi clavis verbis innoteat. Verum etsi diurnus agrorum depopulator non videatur sub his verbis comprehendi: comprehenditur tamen sub exceptione publici latronis, si publice agros deuastauerit: secus si clandestine destruat.

D V B I V M XIX.

An viarum grassator excludatur ab immunitate, si in viis publicis, & frequentatis viatores spoliaret, vel occideret, sed alibi hac exerceat?

¹¹⁸ **V**iarum grassatorem ab immunitate excludi certum est ex cap. inter alia. Qui Plura supradictum (ait textus) itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidiis, et grassa in hac constitutio Gregorij XIV. ibi: *viarumque viarum, grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur*. Clare itaque denotat Pontifex verba cap. inter alia ad Grassatores viarum referre, Farinac. append. de immunit. capit. 2. numer. 162. Dicitur autem viarum grassator, qui cum impetu graditur, ut viatores spoliaret, vulneret, vel interimat. Questio igitur est, an hoc patrari debeat in viis publicis, & itineribus frequentatis an sufficiat alibi hac committere, ut grassator ab ecclesiae immunitate excludatur.

¹¹⁹ **E**xcluditur, si per insidias aggreditur, etsi non sit in loco publico, vel frequentata via. Quia textus in cap. inter alia ab immunitate exempli gratia dicta fuisse illa verba, *Ita. fere. nera frequentata, & publicas stratas obsident*.

B

obsident.

obstant Nam hi viarum grassatores frequentius ibidem aggredduntur. Sic Innocent. *Cap. inter alia col. 2. v. qui, de immunit. Eccl. Hostien. ibid. num. 4. Ioan. Andre. numer. 6. v. insinuat.*

120 *Non excluditur.* Non excluditur, nisi grassator in viis publicis, & itineribus frequentatis. Quia expressè textus de his loquitur. Et quia nomen *Via* publicum iter denotat. Ita Ambrosin. *de immunit. cap. 3. n. 5. Farinac. append. de immunit. cap. 12. n. 165. & alij.*

121 *Cum his opinor.* Cum his opinor. Nam illa verba *Itinera*, frequentata. &c. non fuere appositae exempli gratia. Sed ad delicti declarationem.

DVBIVM XXX.

An quodlibet grave delictum in Ecclesia perpetratum priuet reum immunitatis privilegio.

122 *Certa suppono.* Certum est perpetrantem homicidium, vel mutilationem membrorum in Ecclesia, ab eius immunitate excludi. *Cap. fin. de immunit. Eccl. l. & Bulla Gregorij XIV. ibi Quod homicidia & mutilationes membrorum in ipsa Ecclesia earumque comensuris committere non videntur. Quia delinquens in Ecclesia indignus est eius immunitate frui, ut inibi dicitur. Et quia legis auxilium frustra invocat, qui legem contemnit. cap. quia supra, de usur. Profecto ex hac ratione decidendi insurgit difficultas, an quodlibet grave delictum in Ecclesia commissum priuet illum immunitate?*

123 *Priuat equidem.* Priuat equidem. Quia ratio illa decidendi æqua est in omnibus delictis; semper enim verum est, indignum esse delinquentem in Ecclesia, ut ab Ecclesia fonsatur. Adde, spe immunitatis ibi delinquere censetur indignus ergo est, ut ei concedatur. Sic Nauar. *sum. cap. 25. num. 20. Conar. l. 2. var. cap. 10. n. 15. Gutier. pract. qq. civil. l. 3. quæst. 1. numer. 17. Bobadil. polit. l. 2. cap. 4. num. 24. Suar. tom. 1. de Reliq. l. 3. c. 1. n. 6.*

124 *Non priuat.* Non priuat. Quia hæc privatio immunitatis est poena. Sed poena extendenda non est ultra legis verba: ergo non est extendenda immunitatis privatio ad alia crimina quâcumque gravia in Ecclesia commissa, præter homicidium, & mutilationem, cum de solis illis textus loquatur. Ita Boerius *decis. 109. num. 3. Fr. n. c. append. de immunit. cap. 16. num. 208. Bonac. pract. 2. Decal. d. 3. quæstion. 7. §. 5. num. 12.*

125 *Hoc probabilius est, si credo.* Probabiliorem hanc sententiam esse crediderim. Cui quidem non obstat rationem illam decidendi æquæ in aliis casibus procedente. Hoc enim solum probat, iustissime in aliis idem constitui potuisse: non autem probare, de facto fuisse constitutum.

DVBIVM XXXI.

An simplex fur sit excommunicatus, ne ab Ecclesia immunitate exclusus?

A B immunitate publicus latro excipitur, 126 autem dicitur latro, qui violententer aggredditur, & depredatur: publicus, qui palam furatur. Decian. *tr. crim. l. 6. cap. 28. num. 2. Requirunt tamen quod non semel, sed bis vel ter fuerit hoc delictum commissum. Quia latro non nomen frequentiam dicit. Farinac. append. de immunit. Vnde infertur, si simplicem latronem, seu qui ut publicus diffamatus non est, immunitate ex iure gaudere. Dubitatur autem, num ex consuetudine sit ab immunitate exclusus.*

Exclusus est. Quia hæc consuetudo non est contra Ecclesie immunitatem: nam ex Ecclesia consensus est interdicta, ut si delinqueret, res arceantur. Sic Conar. *l. 2. var. cap. 20. n. 16. Iul. Clar. pract. l. 5. §. fin. quæst. 30. Farinac. de carcerib. quæst. 28. num. 51. Suar. t. 1. de Reliq. l. 3. c. 1. n. 4.*

Non est exclusus. Quia si constitutioni Gregorianæ standum est, quæ ad unam tantum formam hanc immunitatem reducit, sublata qualibet alia, & sub clausula irritante: dicendum est hanc consuetudinem (si de facto fuisset introducta) sublata esse. Vnde huiusmodi fur, ab immunitatis privilegio non excluditur. Ita Farinac. *append. de immunit. cap. 6. num. 94. Marian. Ital. de immunit. l. 1. §. 1. num. 1. Tuschus v. Ecclesia. conel. 10. num. 23. Bon. c. pract. 2. Decal. d. 3. §. 4. num. 5.*

Sententiam hanc longè probabiliorem esse non dubito. Nam per constitutionem *Hoc longè* illam consuetudo illa (si viguit) sublata est: & post constitutionem rursus in præsentem introduci non potuit; quia nondum transiit tempus legitimæ ad illius introductionem. Igitur ex consuetudine non sunt simplices fures ab immunitate exclusi.

DVBIVM XXXII.

An qui ad Ecclesiam armatus commisit, priuatus sit eius immunitate?

Priuatus immunitate est. Quia leg. si fur, 130 *us. C. de fur. qui ad Ecclesiam confugit. Id hanc* Priuatus obscure indicit. Ecce enim loquitur in sermo, *est immunitate* intelligenda venit de homine libero, ut anno- tavit Petr. à Pl. *2. epist. delictor. l. 1. c. 8. n. 18. In* utroque enim eadem est ratio: nam delatio armorum tam clericis, quam laicis est prohibita. Ergo illa ad Ecclesiam deferens, Ecclesiam offendit. Ergo indignus est eius immunitate. Sic Couar. *l. 2. var. c. 20. n. 18. Decian. de immunit. l. 6. c. 26. n. 10. & l. 8. c. 3. n. 30. & 51.*

Nam

Sect. II. De Immun. Templor. 15

131
Non est
privatus
immunita-
tate.

Non est immunitate priuatus. Quia licet Ecclesiam offenderit, non ob quamlibet offensionem in Ecclesia factam quis immunitate priuatur. Sed solum propter occisionem vel mutilationem. Adde, non quamlibet armorum delationem esse graue crimen hac priuatione dignum: sed illam tantum, cui capitalis poena esset annexa. Ita Farinac. *append. de immuni. cap. 16. num. 247.* Alex. Ambrosio. *de immuni. cap. 5. num. 5.* Palao *tom. 2. de immuni. Templ. d. vni. punct. 9. n. 10.*

132
Cum his
prior.

Existimo, ob solam delationem armorum, cui capitalis poena esset annexa (vbi bene Farinac. *tit. de carcerib. quest. 28. nu. 66.*) priuandam fore eum, qui armatus ad Ecclesiam confugit, casu, quo capitalis poena indicta esset. At ob nullam priuatur, maxime stante constitutione Gregoriana, quae solum excipit ab immunitate homicidas & mutilatores in Ecclesia: unde tacite aliis delinquentibus indultum concedit.

D V B I V M XXXIII.

An homicida, vel mutilator debeat in Ecclesia delinquere sub spe immunitatis, vt immunitate priuari censetur?

133
Debet sub
spe immu-
nitatis de-
linquere.

Debeat quidem. Quia textus in *cap. in-der alia* hos tantum sub spe immunitatis delinquentes voluit punire, vt constat ex principio textus. Nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesia obtinere sperantes, &c. Et inferius. *Qui nisi per Ecclesiam, ad quam confugerint, crederent se defendi, nullatenus fuissent commisso.* Sed poene non sunt ad alios extendenda. Ergo priuatio haec immunitatis extendenda non est ad eos, qui abique spe immunitatis occidunt, vel mutilant in Ecclesia. Sic Gutier. *practir. qq. ciuili. l. 3. quest. 1. a. num. 3.* Farinac. *append. de Immuni. cap. 16. numer. 238.* Agniedo *l. 1. tit. 2. leg. 3. num. 24.* Marian. *Ital. de Immuni. l. 1. cap. 5. §. 3. num. 1.* Tulchus *practir. concl. v. Ecclesia concl. 11. num. 13 & 14.* Azor. *p. 2. l. 9. cap. 9. §. 9.*

134
Non debet,
sed quomo-
doque
occidat, ve
mutilet,
priuatur
indulto.

Non debet, sed quomodoque in Ecclesia occidat, vel mutilet, sine spe immunitatis, sine abique illa, immunitate priuatur. Quia esto Pontifex voluerit illorum audaciam coercere, qui ante illam constitutionem sub spe immunitatis in Ecclesia occidebant, vel mutilabant, non inde inferitur priuationem immunitatis illos solum comprehendere: siquidem generaliter prononciat homicidas, & mutilatores immunitate priuari. Potuit ergo ex particulari causa ad vniuersalem prohibitionem gerendam moneri. Quod vero ita factum sit, inde constat. Quia postquam Pontifex retulerat, aliquos sub spe immunitatis in Ecclesia delinquere, subdit: *cum autem in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat, & frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem mandamus, quatenus publice nunciatis, tales non debere gaudere immunitatis privilegio, quo facinori se indignos. en quomodo decisio ablo-* Escob. & Mend. *Theol. Mor. Tom. VII.*

luta est, & fundata praecipue in ratione quadam communi ac generali, vt quis puniatur in eo, in quo deliquit. Ita Conar. *l. 2. var. c. 20. numer. 15.* Anstall Germon. *de sacror. immuni. l. 3. cap. 16. num. 79.* Bonac. *prae. 2. Decal. d. 3. quest. 7. §. 4. num. 7.* Suar. *tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. num. 6.* Farinac. *de carcerib. q. 28. n. 54.* Nauar. *sum. cap. 2 §. n. 20.* Clarus *pract. §. fin. quest. 30.*

Hanc sententiam probabiliorē esse crediderim. Nam si solum delinquentes sub spe immunitatis, ea priuantur: redditur dispositio *rem hanc* inuitis, & impossibilis. Nam posita hac dispositione nullus sub spe immunitatis peccare esse putaret; quia impossibile est, talem spem habere, cum videat eo ipso carere immunitate. Et in exteino foro quisnam poterit comperire, an delinquens quisque sub spe immunitatis occiderit, vel mutilarit?

135

D V B I V M XXXIV.

An si quis in Ecclesia existens alium extra commemorantem sagittam, vel scapulo occidat: priuatur immunitate?

Non priuatur. Quia verē in ecclesia non occidit, sed solum inchoat occisionem necis. At poena imponitur solum ob actum perfectum & non ob inchoatum. Alias priuandas quis immunitate esset, si sub orta in Templo rixa gladium euaginare, & aduersarium insecutum extra interimeret, quod non est dicendum. Sic Bonac. *prae. 2. Decal. d. 3. quest. 7. §. 4. num. 8.* Ragund. *p. 2. de praec. Eccl. l. 4. c. 4. n. 17.*

136
Non priua-
tur.

Priuatur equidem. Quia verē ac proprie dicitur in Templo occidere, cum in ea causam necessariam occisionis apponit. Si enim in ecclesia aliquem vulnerares, & vulneratus, extra ecclesiam occumberet, homicidium in ecclesia commississe diceris, vt ipsemet Bonac. fatetur. Et hoc nulla alia ratione, nisi quia in ecclesia causam necessariam mortis appoluit. Sed cum ex ecclesia sagittam immittis, qua existentem extra ecclesiam interimis est in ecclesia apposita necessaria necis causa: ergo censeris homicidium in Templo perpetrare. Ita Bobadil. *l. 2. polit. cap. 14. num. 26.* Farinac. *de carcerib. quest. 28. numer. 61.* Villagutier. *de exten. leg. cap. fin. num. 61.* Marian. *Ital. l. 1. c. 5. §. 3.* Azor. *p. 2. l. 9. cap. 9. quest. 14.* Suar. *l. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. num. 6.* Nauar. *sum. capit. 2 §. num. 21.*

137
Priuatur
plane.

Communem hanc aeneo sententiam, asserens eum qui ex Templo sagittam emittit & vulnerat exitialem extra morantem vere in Templo occidisse: secus autem esse, si euaginato in Templo gladio aduersarium insecutus extra ecclesiam percuteret, & occideret. Quia non est in Templo apposita causa neccis necessaria.

137
Communi-
nem hanc
eligo sen-
tentiam.

B 2

DVBIVM

D V B I V M XXXV.

An qui existens extra Templum, in eo morantem occidat: immunitate priuetur?

139
Non est
priuandus.

Priuandus non est. Quia ibi dicitur propter delictum homicidij esse commulsum, ubi apposta est causa necessaria mortis: sed hoc factum est extra Ecclesiam: ego extra Ecclesiam dicendus est ille occidisse. Ergo non priuatur immunitate. Sic Villagatier. *de extensilegum cap. fin. a n. 50.*

140
Priuandus
est.

Est omnino priuandus. Quia in delictis potius executio, & perfectio illorum attenditur, quam intentio: ergo si ex initio dabo in Ecclesia probatum est *Problem. 34.* te verè esse in Ecclesia homicidam: à fortiori idem est dicendum ex fine, ac perfectione delicti. Ita Nauar. *sum. cap. 25. numer. 7. 1.* Contr. *l. 2. var. cap. 20. numer. 15. suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. numer. 7. & 8. Farinac. de homicid. q. 28. n. 61. Bonac. prac. 2. Decal. d. 3. q. 7. n. 4. 7.*

141
Hoc tenen-
dum reor.

Hoc tenendum reor. Nam homicidium formaliter consistit in priuatione vitae: sed hominem existentem in Templo vita priuat qui extra Templum scopulam v. g. emittit: ergo verè ac propter in Templo homicidium perpetravit. Secus dixerim, si existentem extra Ecclesiam quis vulneraret, vulneratque ad Ecclesiam pergeret inibi mortuus. Quia tunc causa non est mortis in Ecclesia, licet causa extiterit illius mortis.

D V B I V M XXXVI.

An si quis mandet, aliquem in Ecclesia interimere, priuatus sit immunitate?

142
Priuatus
est immu-
nitate.

Priuatus quidem est. Quia verè homicidij crimen committit, ac Sacrilegij. Secus esset, si existens in Ecclesia mandaret, al quem extra Ecclesiam interimere. Nam ex Bulla Gregorij hic casus non excipitur. Sic Nauar. *sum. cap. 25. numer. 2. 1. Gutier. l. 3. q. 9. ciuil. quest. 2. tom. 1. suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. numer. 7. & 26. Azor. p. 2. l. 9. cap. 9. quest. 14. Marian. Ital. l. 1. cap. 5. §. 3. numer. 4. 8. Farinac. append. de immuni. cap. 16. numer. 22. 9. & 20. Decian. de immuni. l. 6. cap. 28. numer. 30.*

143
Non est
immunitate
priuatus.

Non est immunitate priuatus. Quia nollus immunitate priuandus est nisi in casibus à iure expressis, ut habetur in *Constitutis. Gregor. & ex iure ipso constat non enim poenae sunt extendendae, praecipue quae libertati humane & Ecclesiae immunitati obstat. At non est in iure expressum priuatum esse immunitate manentem occidere, sed occidentem, vel manentem: sub occidente autem, aut manente manentem non intelligitur nisi in lata significatione, quae in poenalibus facien-*

da non est. Ita Bonac. *prac. 2. Decal. d. 3. quest. 7. §. 4. numero nono* Castro Palao, *tom. 2. d. vni. de Templ. immuni. pun. 9. numer. 17.*

Hanc sententiam duorum solummodo Doctorum autoritate firmatam iudico esse probabilior. Nam licet ille, qui mandauit aliquem occidi committit quoddam Deum homicidij piaculum: non tamen de facto ac realiter occidit, at hae poenae physice occidenti imposita est, non moraliter occidenti. Scio Regulam illam 71. de Regiis, *Quod facto per alium, per se ipsum facere censetur.* At hoc intelligendum est, non proprie, sed improprie ac iuris interpretatione, quae in poenis non habet locum, nisi ab ipso iure facta sit extensio.

D V B I V M XXXVII.

An qui vi, aut dolo aliquem ex Ecclesia abstrahit, & extra occidit, priuatur immunitate?

Immunitate priuatur. Quia in Ecclesia dedit causam occisionis, dum illum vi aut dolo fecit ab Ecclesia recedere. Sic Azor. *p. 2. l. 9. cap. 9. quest. 14. Farinac. a pend. de immuni. c. 16. n. 32.*

Non priuatur immunitate. Quia non dedit in Ecclesia causam nec necessariam, nec cum libere postmodum occidit. Palao, *l. 2. d. vni. de Templ. immuni. pun. 9. n. 18.*

Existimo sententiam hanc esse verioris. Etenim in Templo gessit propositum occidendi, & ea intentione auctussum ex eo missus dolo, aut vi extraxit, sed nec intendit in Templo occidere, nec actu intermit in Templo & postquam illum extraxit, non intulit extractio illa necessitatem interimendi illum cum potuit propositum renouare.

D V B I V M XXXVIII.

An qui mutilat aut occidit prope Ecclesiam inimicum, & mox se ad illam recipit, priuatur immunitate?

Priuatur equidem. Quia sub spe immunitatis praesumitur perpetrare delictum. Ergo indignus sit indulto potius, cap. quando, de con. eccl. dist. 4. cap. illud de Cler. excom. ministr. Alias Ecclesia fiet spelunca latronum, eiusque immunitas occasionem perditis hominibus lberius viuendi exhibebit contra textum in cap. est iniusta 24. quest. 4. Sic Nauar. *sum. cap. 25. numer. 22.* Farinac. *append. de immuni. cap. 16. numer. 210.* plures referens. Gigas de crim. l. 1. §. 1. m. 1. Robt. qualiter, & à quibus q. 10. n. 7. & 9. Contr. *l. 2. var. c. 20. n. 15.* Aliis placet, hoc esse intelligendum in homicidio vel mutilatione facta ex proposito prope Ecclesiam, secus si ex subitanea rixa, & casu factum fuerit. Quia in primo praesumitur delictum paratum sub spe immunitatis, secus in secundo. Sic Decian.

Decian. *pract. crim. l. 6. cap. 2. §. 8. num. 5. Gutier. pract. qq. l. 3. q. 1. num. 15. Tuiichus v. Ecclesie, concl. 1. n. 4.*

149. Non priuatur immunitate, quomodocumque extra Ecclesiam, cuius Cameterium deliquit. Quia solum ab immunitate exceptum est homicidium, & mutatio in Ecclesia, *cap. ult. de immuni. & consuetud. Gregor.* In his autem exceptionibus utpote odiosis & libertati humanae immunitateque Ecclesie derogantibus, non est extensio facienda. Ita Suar. *tom. 1. de Relig. l. 3. c. 11. num. 9. Palao tom. 2. d. vni de Templ. immuni. punct. 9. num. 21. Bonac. *prec. 2. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. num. 13.**

150. Probabilis hoc mihi nam fateor, indignum esse immunitate sic delinquentem, si eius delictum ac personam spectemus. At immunitas non ipsi propter ipsum, sed ipsi propter locum Sacrum conceditur, qui est omni privilegio dignissimus: nec inde fit reditum ad aliam rationem, quia ibi non occidunt: & quia post paritatem extra Templum delictam, in illo recepti poterunt delinquentes ab Ecclesiastico iudice corrigi.

D V B I V M XXXIX.

An ex Homicidio, vel mutilatione facta in Templo, priuatur delinquens immunitate quoad alia delicta ante, vel post commissam?

151. Priuatur profecto, si pro delicto commissum in Ecclesia puniens non est, sed si iam fuit supplicio affectus. Quia dum non est puniens, non est Ecclesie satisfactor: unde illam a se Ecclesia expellit. Sic Farinac. *de carcib. q. 2. §. 8. num. 60. Tuiichus v. Ecclesia num. 11. Decian. *pr. crim. l. 6. c. 2. §. 8. num. 9. Boetius *de off. 1. 10. n. 10. Et alij a Farinac. citati.***

152. Minus priuatur. Quia nulli constat hanc satisfactionem prius Ecclesie faciendam esse: at poenae non sunt attendendae. Conar. *l. 2. var. c. 20. num. 15. Gutier. *pract. qq. crim. l. 3. q. 1. n. 18. Et alij a Conar. relati.**

153. Ego his adhaerens existimo, delictum in Ecclesia factum priuare immunitate illi alias debita: non vero priuare immunitate debita aliis delictis.

D V B I V M XL.

An qui inimicum suum dormientem, vel alio modo incautum per insidias occidit, excludatur ab immunitate?

154. Certum est, excludi ab immunitate, qui proditorie proximum suum occiderit, c. 1. de homicid. ibi si quis per industriam occiderit proximum suum, & insidias ab Altari cum auelle, ut variatur. Ille dicitur proximum suum proditorie occidere, qui occidit incautum, nil tale praecautem, leg. *Propter insidias, c. qui accusare non possunt, Elcob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.*

leg. 4. ff. ad leg. lul. maies. Cap. Clericus dist. 46. Et alibi. Queritur autem, an si inimicum dormientem, vel alio modo incautum per insidias occidit, exclusus sit ab immunitate.

Exclusus quidem est. Quia in capit. 1. de homicid. Ille dicitur proditorie occidere, qui per industriam, & insidias occidit: sed non obstante inimicitia ille per industriam & insidias occidit: Ergo proditorie. Igitur ab Altari est auellendus. Sic Couar. *l. 2. var. cap. 20. num. 7. Plures citans Plaza epist. delict. l. 1. cap. 21. num. 2. Villagutier. de exten. leg. c. fin. num. 53. Azucero l. 1. tit. 2. num. 11. in constitut. Hispania. Bobadil. polit. l. 2. cap. 14. num. 34. & 31 Et alij relati a Farinac. citando.*

Non est exclusus, licet per insidias occidat inimicem durante. Quia non quacumque insidia immunitate priuant, sed insidiae, quae proditorie constituunt. Si quidem Gregorius in sua constitutione solum dixit excludendos esse ab immunitate, qui proditorie occidunt. At stante inimicitia, insidiae non constituunt prodicionem. Ita Farinac. *consil. 76. num. 7. & 15. & append. de immuni. cap. 9. num. 143. Ambrosio de immuni. cap. 6. a num. 3. Anton. Gom. var. resolut. §. de homicidio, cap. 3. num. 5. Suar. *tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. n. 12. Gutier. *pract. qq. crim. l. 1. q. 2. & 3. n. 18.***

Hoc verius puto. Nam qui inimicitias cum alio gerit, semper habet fundamentum se praecautum: unde sibi imputare debet, si incaute occidatur. At si per insidias (vbi est certum durante inimicitia) non interemit, vnde nam ab immunitate erit priuandus? Et quidem, si Farinacio citato credendum, haec doctrina admissa fuit a Clemente VIII. in vna Praenormitana, immunitatis Ecclesie, ob quam rationem Farinacius a priori sententia quam defenderat quiescit. 18. num. 76. recessit.

D V B I V M XLI.

An qui proximum suum per industriam occidit, sed non usus fuit, ad id praestandum, insidias: fruatur immunitate?

Non fruatur. Quia in capit. 1. de homicid. dicitur euellendum esse ab Altari, & immunitate priuandum, qui per industriam occiderit, & per insidias. Sed an his verbis clare colligitur, occidentem per industriam, etiam non occidat per insidias, immunitate priuari: tum quia copulativa in qualibet illius parte vera esse debet: tum quia alias superflue apponeretur verbum illud, Per industriam, si quidem sufficebat dicere, Per insidias eo quod occidens per insidias, per industriam occidit. Sic plures Doctores, quos refert. Conar. *l. 2. var. c. 20. num. 7. Iul. Clar. *pract. qq. quest. 30. Decian. l. 6. c. 2. §. 8. num. 15.**

Farinac. de carceribus q. 28. n. 23.

159
Fruu
plac.

Eximur equidem quantumcumque adhibita industria proximi occidat, nisi adint insidiae quae constituunt prodicionem. Quia stante Gregorij constitutione id omnino patet: nam solum ibi excipitur homicidium: qui autem ex industria, & animo deliberato occidit, si non occidat per insidias, proditor non est. Ita Couar. citatus Anton. Gomez de delictis. 10. num. 2. Farinac. conf. 76. n. 17. plures referens, Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 11. num. 13.

160
Auhoris
resolutio.

Fateor hanc sententiam probabiliorē planē esse spectata constitutione Gregorij. At si in commune spectemus, rem d'filiorem esse. Attamen placet cum his Doctoribus sentie, id immerito fieri. Quia in pœnis non est extensio faciēda, nec minuentia Ecclesiastica immunitas. Et quia Gregorij constitutio, quae calus controuersos decidere intendebat, apposuit verbum *Proditorie*, ut sic inueneret, in illis verbis *Per industriam*, & *Per insidias* idem esse significatum. Vnus enim terminus alterius est declaratio. Neque ibi est propositio copulatiua. Sed simplex, reddere enim hunc sententiam: *Qui per industriam insidiosam occiderit proximum, ab Altari excludatur.*

DVBIVM XLII.

An qui per industriam insidiosam proximum vulnerat animo occidendi, tametsi mors non sequatur: priuatur Templi immunitate?

161
Priuatus
est.

Priuatus planē est. Quia licet textus in Cap. de homicid. dixerit, si quis per industriam & per insidias occiderit proximum suum, ab altari auellens eum. At huiusmodi textus relationem facit ad locum Exodi. 21. vbi in principio dicitur: Qui percussit hominem volens occidere, mors moritur. Et subdit mox quasi hoc distinguens: Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius habebit locum, ad quem fugere possit: si autem per industriam & ab Altari est euellendus. Quasi dicat. Si quis in percussione hominis insidiis usus non fuerit, locum habet refugij. At qui percussit insidiosus volens occidere, vel occiderit, ab Altari est euellendus. Sic Navar. sum. c. 25. num. 22. Couar. l. 2. var. c. 20. p. 1. m. m. 7. B. c. r. dec. 109. Petrus à Placha epist. delict. c. 21. Farinac. de carcer. q. 28. num. 45. Gutier. pract. q. 9. c. 1. l. 3. q. 7. num. 55. Azunedo l. 1. tit. 2. leg. 3. num. 9. asserens esse opinionem communiter receptam. Bobadil. l. 2. polit. cap. 14. num. 34.

162
Non est
priuatus.

Non est priuatus immunitate. Quia lex illa caeremonialis Exodi vim non habet nisi quatenus ab Ecclesia recepta sit. At in Cap. de homicid. solum statuitur excludendum esse ab Altari hoc est, immunitate priuandum, qui per industriam insidiosam proximum suum occiderit. Eigo non est dicendum vulnerantem insidiosus hac immunitate priuari,

cum iuxta nullo Canonici iuris textu id constet. Ita pecan. in crimin. lib. 6. c. 18. num. 17. Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 11. num. 14. Marian. Ital. de immunit. c. 9. n. 145. & 146. Villaguer. de exten. leg. cap. fin. num. 54. Bonac. pract. 2. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. n. 16.

Hanc teneo sententiam. Quia ob eam causam existimo, noluisse ius Canonicum totam Exodi legem in textu interere, sed solum vltimam eius partem. Adde idem, constitutionis Gregorij vigore hoc esse manifestum, cum solum ibi excipitur, qui proximum proditorie interfecerit.

DVBIVM XLIII.

An proditorie infidelem interficiens, priuatur immunitate?

Non priuatur. Quia infidelis non est proprie noster proximus, cum nobiscum non communicet in fide, in sacramentis, in Ecclesia, &c. sed priuatio immunitatis imposita est, solum proximo proditorie occidenti: Ego non est imposita fidelem necanti. Sic A. biolin. de immunit. c. 7. n. 12. Bonac. pract. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. n. 16.

Prima ut omnino. Quia infidelis sub nomine nostri proximi propriissime comprehenditur: alias præceptum illud diligendi proximum sicut nos ipsos non extenditur ad infideles, neque ex charitate eos diligere teneretur: quod est absurdum. Ita Marian. Ital. de immunit. l. 1. c. 5. §. 4. num. 20. & 21. Farinac. de immunit. c. 8. n. 120. & alij.

Hoc longē verius esse crediderim. Proprie namque infidelis noster proximus est. Ad hoc loquor quod non obest, nobiscum non communicare in fide, in sacramentis, &c. Alias hæreticus, & peccator posset à proximitate excudi: quia nobis cum in fide, & charitate non continentur, ergo non requiritur huiusmodi communicatio ad rationem proximi continentiam: sed ex eo solum, quod eandem nobiscum naturam participant, proximi nostri sunt esse. Et.

DVBIVM XLIV.

An Reus Assassinij spectato iure communi exclusus sit ab Ecclesie Immunitate?

Assalinus dupliciter accipitur. Primum dicitur pro quibusdam infidelibus, qui ex mandato sui Principis infideles homines occidebant. Per translationem autem communiter accipitur pro iis, qui pecunia alioque prelo conducti aliquem incantum intermunt. Certum itaque est, reum assassinij ab immunitate esse exclusum ex causis Gregorij. Quæserim autem, num spectato iure communi, sit exclusus?

Non est. Quia textus in Cap. Pro homicid. de

Non est exclusus. de homicid. in 6. qui de hoc crimine loquitur, committit id solum imposit excommunicationem ipso facto, depositionem, & diffidationem: non tamen priuationem immunitatis. Ergo nisi assassinus proximum proditorie occidat, immunitate non priuatur: & tunc non ob assassinium, sed ob occasionem proditoriam ex Cap. 1. de homicid. Adde caput Pro humani, locutum esse de iis, qui per quosdam infideles patrio nomine Assassinos vocatos Chrestianos interficiebant, vt optimè alijs relatis probat Conar. l. 3. v. c. 20. numero 10. Ergo qui non per huiusmodi infideles, sed per fideles fidelem interimit assassinij penas in illo Cap. contentas non incurrit: Ego, iure communi spectato priuandus non est immunitate. Sic nonnulli minime immeriti Doctores. Quorum sententia Castro Palao subscritbit. tom. 1. d. vni. de Templ. immun. pun. 9. n. 32.

Exclusus. Est quidem priuatus. Quia ante, & post Gregorij constitutionem delictum assassinij à Iudicibus ex consuetudine recepta vt indignum, cui Ecclesiæ faueat immunitas reputatum est. Ergo consuetudo hæc quæ iuris communis vices exerceat, sufficit, vt possit affirmari assassinum spectato iure exclusum esse ab immunitate. Ita Farinac. de carceribus q. 18. num. 16. Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 11. num. 13 Bonac præc. 1. Decal. d. 3. q. 7. §. 4. num. 18. Gutier. præf. qq. ciuil. l. 3. q. 7. n. 50.

Non perperat. Ego quidem cum meo Castro Palao, spectato iuris rigore, cenleo probabilius (si constitutio Greg. leclatur) priuatum non esse immunitate. At si consuetudo recepta, & à Doctoribus approbata spectetur, etiam si Gregorius assassinum ab immunitate non excluderet, exclusum esse quasi ex communi iure affirmandum existimo.

D V B I V M XLV.

An qui scario promittit, se ei daturum aliquam in vxorem, vt alium occidat: illeque occidit, perperet crimen assassinij, cui est immunitas denegata?

Non perperat. Non perperat. Quia executio illius promissionis non est in promittentis voluntate: Ergo reputatur, ac si nihil promississet. Ergo assassinus non est, cum pretio ad facinus non conduceretur. Sic Bosli. tit. de mandat. ad homicid. num. 35. Farinac. de carcerib. q. 1. 2. 3. n. 44.

Perperat planè. Perperat quidem assassinij piaculum. Quia talis promissio est pretio æstimabilis, siquidem ex illa promittens maner obligatus quoad fieri possit procurare, vt facina in vxorem promissa vellet matrimonium inire: & ex alio capite facinus motus illa promissione crimen patrauit. Ita Decian. tr. crim. l. 9. c. 3. num. 16. Palao to. 2. d. vni. de Templ. immun. pun. 9. n. 34.

Probabilis hoc mihi. Sententiam probabiliorẽ esse reor. Quia non requiritur, vt de facto facinus pretium accipiat, vt patrans homicidium assassinus dicatur, sed sufficit, promissionem in futurum

executioni tradendam fieri. At negari non potest præfatam coningij promissionem pretio esse æstimabilem adeo, vt vere ad homicidium patrandum conductum illum esse dicatur.

D V B I V M XLVI.

An Res, seu pecunia promissa ei, qui patraturus sit crimen debet necessario, in magna quantitate, vt assassinus ille sit, immunitateque idco priuetur?

Debet esse in magna quantitate. Debet esse in quantitate magna, quæ animam mouere possit ad tale crimen patrandum: vnde assassinij crimen non committer, qui ob vile pretium perpetravit homicidium. Nam id causa esse non potest tanti criminis, cum ex se apta non sit animam excitandi: nec dici potest pretium tam diræ aggressionis. Sic Farinac. q. 12. 3. num. 43. Vulpellus conf. 143. numer. 9. Alex. Ambrosin. de immunit. c. 7. n. 9.

Esse non debet necessarium. Non debet necessarium esse quantitas magna, vt quis assassinium committere dicatur. Quia paruitas pretij non minuit delictum illius, qui ex eo ad graue facinus exequendum mouetur, sed potius illud aggravat. Ita Castro Palao to. 2. d. vni. de Templ. immun. pun. 9. num. 34.

Huic habere Doctori. Amicissimo Doctori hærens idem affirmo. Nam qui ex contractu illius paræ rei occidit, grauius planè delinquit. Vnde speciali iure debet vt assassinus Templi immunitate priuetur.

D V B I V M XLVII.

An occidens pretio conductus infidelem committat, assassinij piaculum, cui est immunitas denegata?

Committit quidem. Committit quidem. Quia esse fidelem, vel infidelem per accidens videtur ad assassinij crimen. Præcipue cum infidelis (vti vidimus supra) sit verè proximus. Sic plures quos refert, & sequitur Decian. tract. crim. l. 6. cap. 28. num. 18. Marian. Ital. de immunit. l. 1. c. 5. §. 4. num. 20. & 21. Farinac. append. de immunit. c. 8. n. 120.

Non committit. Non committit, spectato iuris rigore. Quia textus in Cap. 1. de homicid. in 6. expresse dicit, Quæpiam Christianum. Ergo tacite infidelem excludit. Præterea illa constitutio expedita fuit aduersus Christianæ Religionis hostes &c. vt constat ex eius proœmio, quod occidentibus infideles hand potest conuenire. Ita Mascard. de probationibus l. 1. conclus. 137. num. 13. Farinac. quæst. 123. num. 33. plures referens Ambrosin. de immunit. cap. 7. num. 12. Gutier. præf. qq. ciuil. l. 3. q. 7. num. 8. Conar. l. 1. v. ar. cap. 20. num. 10. Inl. Clar. præf. §. Assassinum, vers. bene verum est.

179 *Veriorem
hanc sen-
tentiam
credo.* Hæc ubi verò videtur esse sententia. Nam
licet tantis verè sit proximus, non pro-
cuatque proximi occisione hæc assilij pœ-
na in ea re non est occisione proximi. Chri-
stian. Scem verò est in hoc assilone proditor è
factus. Quia in casu de homi d. non fuit limi-
tatio in decreta ad proximum Christianum;
sicut in hoc crimine assilij. limitatum est.

DVBIVM XLVIII.

*An si quis accepit pecuniam ad oc-
cidendum, sed postmodum non oc-
cidit, sed latronem vulneravit, sit assil-
sinus, cui Templi negatur immu-
nitas?*

180 *Assilinus
est im-
munitate
privatus.* **A**ssilinus est, & immunitate non
privatus. Quia verè crimen assilij
committit, ad eum militiam solam
videtur requiri, ut accepit pecuniam ad oc-
cidendum, & per ipsum non fecit, quoniam
occidit. Sic Iam. Guier. *pract. l. 3 q. 97. m.*
59 & alij.

181 *Non est as-
silinus.* Non est propriè assilinus, ideoque ei
immunitas non est abneganda. Quia im-
munitate non privatur nisi propriè commit-
tentibus assilij crimine, sed qui accepta pe-
cunia alium vulneravit, non tamen inter-
emit, non paravit verè assilij pœciculum.
Nam textus in *Cap. 1 de homicid. in 6.* ubi
hoc crimen declaratur, solam de mandan-
te dixit, parientiam esse usdem pœnis,
sive mors sequatur, sive non; nihil au-
tem tale de mandatorio dicitur. Ego man-
datarius, qui mortem non inquit, relin-
quitur in hac parte oris communis disposi-
tioni, quæ quidem est, neminem ob vul-
nerationem tantum immunitati privari. Ita
Ferinac. *de homicid. quæst. 123. num. 77.* &
de immunit. c. 8. num. 123. Malcard. *de probat.*
conclus. 138. num. 2. & 3. Heron. Zennall. *com-*
muni. contra communi. q. 540. num. 5. & alij
plures apud Farinac.

182 *Cum his
probabi-
lius opinor* Cum his probabilius opinor, addicens,
etiam ab assilij crimine ac pœna libera-
ri, quia accepit pecuniam ad vulnerandum
& non ad occidendum. Quia textus in
Cap. 1 de homicid. d. interficientibus Chri-
stianis loquitur, non de vulnerantibus. Et
quia assilinus videtur dictus ab eo qui ex
officio, vel contractum corpore animam ab-
solvit, ut defendit Decian. tract. cri-
min. lib. 9. cap. 30. num. 41.
Farinac. *de immunit.*

c. 8. n. 134.

DVBIVM XLIX.

*An Reus laesa maiestatis in personam
ipsiusmet Principis excludatur
ab immunitate?*

Excluditur planè. Quia in consil. Gre-
goriana expressè id imperatur. Sic Do-
ctores communiter. *Excludi-
tur planè.*
Non excluditur. Quare rei cendi sunt om-
nes, qui contrarium sentire vult. Boni-
f. *de captiv. nam. 3. Guier. pract. q. 97. m.*
l. 4. quæst. 4. num. 3. incho. num. 9. Vlagut. d.
extens. leg. cap. fin. m. 5.

Et tunc ita Gregorij constitutione, res
est absque controuersia, cum dicitur ver-
bis reus laesa maiestatis in personam Principis
omniò excludatur. Et ius commune ita de-
clarat: ita pridem ipsa praxis & communis
DD. sensus intellexerat. Porò nomine *prin-*
cipis intelligitur, qui supremam habet in-
iudictionem, nemineque est subiectus, qualis
est Pontifex, Imperator, Gallie, &
Hispanie Reges.

DVBIVM L.

*An ratione consuetudinis alij, prater
exceptos in iure, casu excipiantur,
ab hac immunitate?*

Excipiuntur quidem, quia consuetudo le-
gem præscripta vim habet Ecclesiæ-
sticam legem derogandi. Et quia Bulla
Gregorij non videtur consuetudines tollere,
sed solum privilegia Principibus concessa &
casu quo consuetudines tolleret, adhuc pos-
sent de novo introduci, præcipue videtur, ac
tacite in his Prælati. Et ita introducta est con-
suetudo extrahendi plures delinquentes à lo-
cis sacris per seculares indices. Sic Clarus in
pract. s. fin. q. 30. Petr. Greg. *syn. gn. iur. l. 33.*
c. 22. num. 5. & alij relati a ratione ac carceri-
bus *q. 18. n. 73.*

Quoniam alij omnes consuetudines im-
munitati Ecclesiæ derogantes sublatae fuisse Reior
velint à Concilio Trident. *sess. 23. c. 10.* quare alio-
nos ibi reuocatur observantia immunitatis sensu
secundum Canones, & summorum Pontifi-
cum constitutiones. Bulla quoque Gregorij
omnes consuetudines prius iussit, &
per æquipollentiam verba reuocant, quia odit
ibi decretum irritans, contra quod allegari
non potest contrarius usus. Ita Ambrosin. *de*
immunit. cap. 14. Marian. *Ital. de immunit. l. 1.*
c. 6. principio Bonac. pract. Decal. d. 3. quæst. 7.
§. 6. num. 4.

Pœnam tamen sententiam probabilior è lon-
gè esse crediderim, propter communem illam
DD. Principum constitutionem, & legi etiam
Ecclesiæsticæ derogare, quæ ubi illa conue-
tudo inducta fuerit, seruanda erit, quan-
tus in ea inducenda operosum esset.

DVBIVM

DVBIVM LI.

An ex identitate rationis excipiantur
alii casus ab Immunitate?

189. **N**egari non potest, plures esse casus
gravioris & atrociores iis, qui ab In-
nocentio III. & Gregor. IX. ac XIV.
excipiuntur, quales sunt Raptus, Adulterium,
Sodomia, Incendium, Furtum, Sacrilegium,
ac similia. Quæstio igitur est an ex iden-
titate, vel ex maioriore rationis, alij casus
excipiantur ab immunitate?

190. **Excipiuntur quidem.** Quia si non excipe-
reatur, daretur occasio perditis hominibus
liberius vivendi, gravissimaque crimina
perpetrandi fremitu scilicet ab Ecclesia
immunitate concessa. Ergo ne immuni-
tas Ecclesie, quæ in Dei honorem fuit in-
troducenda, cedat in eius iniuriam immu-
nitas in hisce casibus non prodest. Sic Decian.
tr. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 20. aliterens, ex
identitate rationis constitutionem etiam pec-
nalem extendi posse ad alios similes casus:
quid ad graviores? Quod maiorem vim
habet quod in legis dispositione ratio est
scripta. Nam tunc non dicitur lex pœnalis
extendi, sed comprehendendi. Neque illa ex-
tensio, sed declaratio legis. Bald. ad leg.
Quamvis. C. de fideicommissis. Oldrand. conf.
185. Calderin. conf. 1. tit. vii. l. i. pen-
dente.

191. **Non excipiuntur.** Minimè excipiuntur. Quia faciendum non est
extensio ex identitate aut maioriore rationis
quod casus favorabilis qualis est Ecclesiasti-
ca immunitas, præiudicat. Præcipue cum
pœna locum non habeant, nisi in casibus
expressis. Ita Suarez tom. 1. de Relig. l. 3. c. 11.
num. 15. & 17. Franc. Leo in thesaur. fori
Eccles. c. 3. Robric. de immunit. Eccles. post.
num. 27. Farinac. append. de immunit. cap.
ultim. num. 353. Gutier. præf. 99. civil. l. 3.
c. 13. num. 56. Ambrosin. de immunit. cap. 1.
num. 13.

192. **Hoc dicendum existimo.** Quia si ultra
casus exceptos liceret alios ob identitatem,
vel maioriorem rationis excipere, regula
assignata in Capite Inter alia, & tradita à
Gregorio in sua Bulla, destrueretur, quia
nihil firmum, & stabile esset constitutum.
In his tamen omnibus attendenda erit con-
suetudo recepta, & praxis.

DVBIVM LII.

An raptos virginum sint immu-
nitatis privati?

193. **S**unt privati. Quia raptus est quedam
rapina gravior quolibet alio latrocinio:
vnde comprehendendi potest in casu latro-
cinij excepto. Sic Angel. de maleficijs. vers.
Quod fama publica. num. 59. lit. B. Boëtius.
decis. 103. Decian. tract. crimin. l. 6. cap. 28.

num. 20. Anton. Butrio Cap. inter alia, de
immunit. Eccles. num. 18. & Suar. probabi-
le reputat ubi infra.

Privati non sunt immunitate. Quia non
est casus expressè exceptus in iuribus citatis
à primæ sententiæ Auctoribus, nempe in
Authent. de mandat. Princip. & in Bulla
Gregorij. Et quia in Cap. de Raptoribus
36. quæst. 1. his immunitas conceditur. Ita
Suar. tom. 1. de Relig. l. 3. cap. 11. num. 17.
Azor. p. 2. l. 9. c. 9. vers. Quid vero de ra-
ptoribus. Tuschus verb. Ecclesia conclus. 1. n.
35. & 36. Farinac. de carceribus q. 28. nu.
17. Gutier. præf. 99. civil. l. 3. quæst. 5. co.
16. Bonac. præf. 1. Decal. d. 3. quæst. 7. §.
4. num. 4. & alij.

194. **Privati non sunt.** Veriorem hanc sententiam esse crediderim.
Nam primæ sententiæ ratio solum probat
ex iurecivili raptos, & adulteros ab im-
munitate esse exclusos. Ius autem Canoni-
cum illos textus corrigit, & in materia Ec-
clesiasticæ immunitatis Pontificiæ constitu-
tioni standum. Quod si insistent aduversarij
obicientes ex consuetudine huic crimini,
& adulterio immunitatem denegari: respon-
deo, consuetudinem ubi ea viget servari
posse.

DVBIVM LIII.

An sodomita, spectato iuris rigore sit ab
immunitate exclusus?

196. **E**xclusus est. Quia gravissimum est piac-
ulum, ad id ut constitutionibus Regis pec-
nam mortis habeat annexam: & ex
constitutione Pij V. Coriæ seculari Clerici
delinquentes traduntur. Ergo decens non est,
ut Ecclesia tam fœdo faneat delinquenti. Sic
Marian. Ital. de immunit. l. 1. c. 5. §. 3.

197. **Non est exclusus.** Non est exclusus. Quia nullibi hoc crimen
excipitur, & in materia pœnali immunita-
tem derogante, non licet facere extensionem.
Ita Farinac. append. de immunitate capis. 6.
num. 98.

198. **Hoc verius.** Hanc sententiam credo esse longè veriorem
adiiciens, quando in iure communi & seculi-
sa contraria consuetudine, quæ illi derogatis
debet vero ille Reus si de pluribus actibus
esset infamatus. Hoc enim requirit Pij V. con-
stitutio, uti tradit Nann. sum. c. 27. num. 249.
Mecum Farinacius.

DVBIVM LIV.

An sacrilegio denegetur Templorum
immunitas?

199. **D**enegatur profecto. Quia gravissimum
crimen est specialiter contra reueren-
tiam Deo debitam, ac proinde immunitati
contrarium. Sic plures Doctores, quos re-
fert, ac sequitur Ioan. Gutier. præf. 99. civil.
l. 3. q. 1. n. 33. Card. Tusch. v. Ecclesia, concl. 10.
n. 19. Petr. Greg. synag. iur. c. 22. n. 2.

Minimè

200
N^{on} denegatur

M^{inimè} denegatur. Quia *Cap. inter alia, & constit.* Gregor. solum excipitur Sacrilegum propter homicidium, & vulnerationem in Templo vel sacro loco factam: E^{rgo} alia Sacrilegia excepta non sunt. Ergo alius Sacrilegis infecto non est immunitas deneganda. Ita *Idem sum cap. 25. num. 6. Farinac. de criminibus quest. 28. num. 67. Bonac. pract. Decal. d. 3. quest. 17. §. 4. num. 3. loquens de blasphemia Ambrosin. de immunit. c. 5. num. 6. Marian. Ital. de immunit. l. 1. c. 5. §. 3. n. 75.*

201
Cum his opinor.

Cum his opinor longè probabilius. Vnde colligo, blasphemum, & superstitionum immunitate frui, nisi de suspitione hæresis sit examinandus. Quia non sunt crimina excepta. Sed o, Farinacium contrarium docuisse: sed locus fuit ante Gregorij constitutionem.

DVBIVM LV.

An periturus, qui eo crimine causa fuerit, ut aliquis morte esset damnatus, aliàs non damnandus: priuatur immunitate indultor?

202
Status questionis.

P^{er}itorum fœi Templi immunitate, certum esse reor. Quia non est crimen exceptum. Neque obstat perituri, & falsum testimonium homicidio equiparari. *Cap. fin. 22. q. 1. nam equiparatur homicidæ voluntatio, non profligator, qui solum est ab immunitate exceptus.* Dubio autem, si quis perituri causa fuerit, ut aliquis mortis esset damnatus, aliàs non damnandus, num immunitate priuatur?

203
Priuatur sane.

Priuatur quidem. Quia homicida proditorius esse censetur, cui Ecclesiæ immunitas denegatur. Sic Marian. Ital. *de immunit. l. 1. c. 5. §. 4. & §. 5. num. 145.* Quibus est Farinac. *append. de immunit. c. 9. num. 141* alserens Pontificem esse consulendum.

204
Non priuatur.

Non priuatur. Quia moraliter, non physice occidit. Vnde proditorio homicidæ moraliter solum debet equiparari. Ita Ferdinandus de Cistercio *10. 2. d. vni. de Templor. immunit. pun. 10. num. 9.*

205
Verius hoc esse credo.

Longè hoc verius esse credo. Nec enim occidens moraliter proditori, sed physice proditorie intentioni immunitas denegatur. Quia hic est, qui propriè occidit.

DVBIVM LVI.

An incendiariis negetur Ecclesiæ immunitas?

206
Negatur in immunitas.

N^{egatur} profecto. Quia incendiarij equiparantur agrorum depopulatoribus, quæ immunitas est abneganda. *Cap. Pessier. num. 13. q. 8.* Ibi enim datur facultas Regibus, ac Principibus eos puniendi, consultis Archiepiscopis, & Episcopis, quod tamen consilium necessarium non esset, si incendiarij ad Ecclesiam non confugissent. Suppo-

nitur ergo in textu, eos ad Templum confugisse, & hoc non obstante, non negatur facultas Regibus, ac Principibus eos puniendi, consultis tamen Episcopis. Sic graves Doctores, quos preiso nomine affert Palao citandus.

Non negatur eis immunitas, quia in *Cap. Inter alias*, aliisque iuribus, & in Bulla Gregorij XIV. non excipiuntur: sed omnibus delinquentibus immunitas conceditur nisi in casibus exceptis. Ergo incendiariis est concessa. Ita Palao *tom. 2. d. vni. de Templor. immunit. pun. 10. num. 9.* Farinac. *append. de immunit. c. 6. n. 105.*

Hanc sententiam defendo, cui minimè obstat, hoc crimen simile esse, agrorum depopulationi. Nam cum non sit idem, sed diuersum, exceptio vnius non est alterius exceptio: imò potius si in regulam in casibus non exceptis. Nec constat ex praefato textu, incendiarios ad Ecclesiam confugisse. Nihil consilium Episcoporum non petitur, quia ad Ecclesiam confugerint, sed ut cordatè Reges, ac Principes procedant in pena his delinquentibus assignanda, cum iuxta iustantiquam varè sint constituti. Sic Glossa.

DVBIVM LVII.

An indices, alique Ministri vires, ut extrahentes confugientem ad locum sacrum: ob huiusmodi delictum priuenter & ipsi immunitate?

P^{riuantur} equidem, quia non debet prodelle immunitas eis, qui altari prodelle noluerunt: neque conqueri possunt, si mensura qua alios mensi fuere, eis remittatur. Sic Decian. *tract. crimin. l. 6. c. 25. num. 7.* Anastas. Germon. *de sacror. immunit. l. 3. c. 16. num. 104.* Marian. Ital. *de immunit. l. 1. c. 5. §. 15.* Petr. Grogg. *synag. iur. l. 33. c. 2. num. 3. & c. 22. n. 2.*

Non priuantur, quia non est ex criminibus expresse exceptus. Ita Farinac. *append. de Templor. immunit. c. 6. n. 106. & alj.*

Hanc eligo sententiam plane probabilior. Fateor, huiusmodi iudices, & ministros indignos esse immunitate priuari. At id solum probat posse legem statui, qua priuenter: non tamen probat, de facto esse statutam.

DVBIVM LVIII.

An fabricantes falsam monetam sint ab immunitate exclusi?

S^{unt} Equidem, quia perperant in iustitiam. Sadeus Republicam, & Regem, & Sacerdotem crimen læsæ maiestatis, & grave ac publicum clausum, cui quidem immunitas abnegatur. Sic Theologi quidam non immeriti.

213
Exclusi
non sunt.
Non sunt exclusi. Quia crimen hoc nec
in Bulla Gregoriana, neque alibi excipitur.
Ita Gutier. prael. q. 9. a. per totam.
Farinac. append. de immunit. c. 6. n. 9. 1.

214
Cum his
opinor.
Cum his sententia parum aut nihil probabili-
tatis in contraria sententia agnoscens. Quia ab-
solute qui fabricandæ falsæ monetæ dat
operam, non gerit publicum latrocinium,
cum non fiat cum violentia, & publicitate.
Nec item est crimen læsæ maiestatis in ipsius
met Principis personam, sed in eius statum,
ac proinde non est ex criminibus exceptis.

DVBIVM LIX.

An delinquentibus in criminibus exce-
ptis proest immunitas Ecclesiæ
quoad alia crimina non
excepta?

215
Sacris
realissimis
QVæstio est, num homicidæ prodito-
ræ (v. grat.) proest immunitas quoad
crimen adulterij, stupri, simplicis,
furti, &c. ita ut extrahi non possit ad ho-
rum punitionem? Et procedit dubitatio, quan-
do Iudex non intendit punire homicidium:
nam si illud punire intendat, & ob illius cau-
sam rem facio extrahat à loco, certum est
tunc reliqua crimina posse puniri; quia tunc
non censetur delinquentem extrahere à loco
sacro ob alia crimina; sed iam iustè extractum
punit. Quæserim igitur, an si sola crimi-
na Iudex non excepta intendat punire, reo
proest Ecclesiæ, & qua extrahitur, immunitas?

216
Non pro-
dest.
Non prodest, sed potuit Iudex delinquen-
tem è loco sacro extrahere. Quia ob aliud
crimen exceptam, quod commisit, absolu-
tè immunitas est privatus. Sic quidam Do-
ctores, quorum sententia videtur haud om-
nino improbabilis.

217
Indefest
quidem.
Prodest equidem nec potest extrahi, ac
puniri. Quia pœnales constitutiones immuni-
tatem Ecclesiæ derogantes accipiendæ sunt in
rigorosa, ac formali significatione. Ergo con-
stitutio excludens delinquentem ab immuni-
tate aliquibus in casibus accipienda est in for-
mali, ac propria eius significatione sine vilo
ad alia crimina nō excepta respectu. Ita deci-
tratt. crimin. l. 6. c. 26. num. 6. Farinac. de car-
cerib. q. 28. n. 67. Bonac. præc. 1. Decal. d. 3. q.
7. §. 4. n. 23.

218
Hoc verum
omnino
Hoc verum omnino. Nam si constitutio
excludens in aliquibus casibus delinquentem
ab immunitate accipiendæ est in formali ac
propria eius significatione: Ergo solum com-
prehendit delinquentes illos in criminibus
exceptis, quatenus tales sunt, hoc est, quate-
nus talia crimina commiserunt. Igitur quoad
alia crimina gaudent immunitate.

CAPVT IX.

Circa Immunitatis Templo-
rum Effectus.

DVBIVM LX.

An qui blanditiis, ac dolosis verbis
inductus à loco sacro exiit, sit ei re-
stituendus, vel capi posse?

219
Nonnulla
præmitto.
PRÆMITTO, primum, & præci-
puum immunitatis effectum esse,
non posse à loco sacro extrahi in-
iuratum, & contra Ecclesiæ voluntatem. Tex-
tus expressus in leg. 2. C. de iis, qui ad Ecclesi-
am confug. & in Cap. Inter alia, de immunit. Ecclesi-
Cap. Frater. Cap. Reum. Cap. Definuit. & alij.
Dixi Iniuratum, nā si ipse liberè exeat, sic egres-
sum poterit secularis Iudex capere. Quia im-
munitas personis conceditur ratione loci. Por-
rò extractus per violentiam restituendus est,
quia omnis violenta extractio est nulla, &
reo præiudicare non potest. Quæserim verò,
an si blanditiis, ac dolosis verbis inductus à
loco sacro exiit, sit restituendus, an capi li-
citè & validè possit?

220
Restituen-
dus est, nec
capi potest.
Restituendus est, nec potest capi, quia
huiusmodi extractio violentiæ æquiparatur.
Sed extractus per violentiam restituendus
est. Ergo. Sic nonnulli, quos pressio nomine
memorat Castro Palao. tom. 2. d. vni. de Tem-
plor. immunit. pun. 11. n. 3.

221
Non est
dici non potest, violenter fuisse extractum: Non est
blanditiæ enim & dolosa verba violentiam restitu-
endi non inferunt sola autem violentia extractio dus, sed
illis in iuribus prohibetur. Ita Decian. tr. crim. potest capi.
in l. 6. c. 26. num. 11. Farinac. append. de immunit.
c. 19. n. 302. Suar. to. 1. de Relig. l. 3. c. 18. num. 2.
Fagund. l. 4. de præc. Eccl. c. 4. num. 56. Bonac.
præc. 1. decal. d. 3. q. 7. §. 2. n. 6.

222
Hoc longe
probabilius.
Hoc longe probabilius esse reor. At si Iu-
dex punitionis impunitatem reo promittat, &
sub hac promissione è loco sacro exeat tene-
tur sua promissione, quia Reas. Quia privile-
gio immunitatis cessat pro securitate à Iudice
promissa. Mecum Nauar. sum. c. 25. num. 22.
Farinac. de carcerib. q. 8. l. n. 281.

DVBIVM LXI.

An in casibus non exceptis possit Pra-
latus Ecclesiasticus facultatem imper-
sire, ut quis ex Ecclesia ad quæ-
ritè confugit, à Iudice seculari ex-
trahatur?

223
Quæstione
Præm.
HAnd dabim, quin in casibus exceptis
posse Episcopum hanc facultatem ex-
hibere, ut delinquens ex Templo ex-
trahatur.